



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod pueri realiter possunt fascinari hoc est a malo oculo infici: sed quale
remediu[m] sit adhibendu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

TRACTATUS

vanū & superstitiosum est : & sine vlla
ratione ~~secūda~~ naturali : aut astrologi-
ca : aut theologica. vt supradictum est.

Quod pueri realiter possunt fascina-
ri hoc est a malo oculo infici : sed
quale remediū sit adhibendū.

Quod autem paruuli possint fasci-
nari hoc est malo oculo infici &
inde ledi. Tenet sanctus Tho-
mas, i. parte. q. cxviii. ar. iiii. ad. iiii. vbi di-
cit quod ex forti imagine immutantur
spiritus corporis coniūcti : que quidem
immutatio spiritū maxime fit in oculis
ad quos subtiliores spiritus perueniūt :
oculi autem inficiūt aerem continuū vī
q; ad terminatū spaciū : per quem modū
specula si fuerint noua & pura contra-
hūt quandam impuritatem ex aspectu
mulieris menstruose : vt ait Aristoteles
libro de somno & vigilia: sic ergo cū ali-
qua anima fuerit vehementer commota
ad

ad maliciam sicut maxime in vetulabus contingit : efficitur secundum modum predictum. Aspectus eius venenosus & noxius & maxime pueris qui habent corpus tenerum ac de facili recipiunt talium impressiones. Possibile est etiam ex permissione vel etiam ex aliquo pacto occulto cooperetur ad hoc malignitas demonum cum quibus vetule sortilege aliquod fedus habent. Hec ille. Sed ad Galatas. iii. super illud quis vos fascinavit veritati non obedire. Dicit gl. quod quidam habent oculos vrentes in solo aspectu inficiunt alios & maxime pueros: hoc idem dicit Petrus de tarantasia super eodem passu. Sunt (inquit) aliqui qui habent oculos vrentes qui respicientes paruulos teneros ledunt : ita vt cibum ex stomacho eliciant & nauseam patiantur : & hoc secundum naturam possibile est. Anima enim vehementer affecta immutat oculos. Oculus immutatus immutat aerem : aer immutat teneram carnem pueri : &

TRACTATVS

sic ledit . Non tamen facienda est aliqua incantatio vel superstitio ad hoc remouendum vt faciunt mulieres frequenter : sed possunt apprehendi aliqua verba sacra vt hæc . Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo . vel oratio dominica cum signo crucis . &c. quare periculū est firmare fidem & credulitatem talibus incantationibus quæ tollunt omne iudicium & rationem ad oppositum . Vnde merito permittit Deus tales decipi & in laqueum suæ falsæ credulitatis incidere . vt dictum est .

Ponit quasdam superstitiones vt per illas intelligere possumus innumeras alias .

SVnt alię innumerabiles & particulares superstitiones quibus hostis antiquus quotidie ad se trahere nititur genus humanū . Nam figere aquas & spinterā cuidā arbori apud basilicam sancti